

Canonicam; est D. Hieron. secundum illius majorem partem, qui Textum Hebraicum Latine interpretatus est; unde sequitur etiam ipsum fuisse authenticum, nec enim major potest esse auctoritas versionis, quam exemplaris, ad quod efformata est; & ita hoc est verum, ut nullo dubitet.

An post tempus D. Hieronymi?

457. Controversia est, an post tempus D. Hieronymi deor Textus Hebraicus, purus, integer, & incorruptus? Prima sententia affirmat nullum dari hodie Textum Hebraicum, purum, sincerum, & incorruptum. Ita Cano lib. 2. de locis, cap. 13. Jacobus de Valentia Prefat. in Psalms, Procerus de Victoria contra Judaeos part. 1. cap. 15. Liranus lib. de optimo genere interpretandi cap. 11. Leo Castrensis in Apologetico ad Comment. Isaie, cap. 17. Salveiron. Prolog. 4. Ribeira ad cap. 12. Osee. Marin. Praefatione in suum Thesaurum. Fr. Antonia Matre Dei, Pralud. num. 50. Titelm. collat. super Epistolam ad Rom.

458. Probat suam sententiam. Primò, quia aliqua loca dantur in dicto Textu Hebraico, quae non solum differunt, sed etiam opponuntur nostrae vulgatae, quam Trident. sess. 4. jubet, ut nemo quovis praetextu audeat, vel praesumat eam rejicere, ac contradicere, ergo ille Textus Hebraicus non est legitimus. Et confirmatur, quia talia loca ex multiplici capite corrupta fuerunt, quia humana infirmitas saepe in libris describendis in multos errores prolabitur, dum unam litteram ponit pro alia, aut unam vocem pro alia substituit, aut literas transmutando, qui errores facile à primis describentibus ad sequentes transeunt; & hoc maxime visitur in characteribus Hebraicis; nam posito uno puncto in dextro, vel sinistro cornu, totum significatum diversificat, ut notant Hebraizantes Xantis Pagnin. Eugubius. Genebrard. cum Malvega in Psal. 23. Galatinus lib. 8. in princip. Marianus in verb. carast.

Xantis Pag. Eugubius. Malvega. Galatin. Marin.

459. Opposita sententia communis, & vera est, quae affirmat, quòd apud nos Catholicos Textus Hebraicus incorruptus, purus, ac sincerus habetur & perseverat; ita D. Thom. in Epist. ad Roman. cap. 9. num. 12. Quia major serviet minori, Barg. 2. part. scrutini. script. disc. 6. c. 1. Eugubinus in Pentateuc. Driedo de Ecclesiast. Dogmatibus, cap. 1. Viega in Conc. Trid. cap. 8. Sixtus Senensis lib. 8. in confut. haeres. 2. per totum, & haeres. 15. in finem. Cajeta. quem citat Hieron. Rua 1. part. contro. contr. 2. postiva, Josephus à Costa de Christo revelato cap. 19. cujus est Titulus Latina editio, post Concil. Trident. Ludovic. de Tena Isagoge lib. 1. diff. 3. sect. 3. Joannes Despiers lib. de Audisore. script. tract. 1. de Text. Hebraico, disp. 3. dub. 2. & ante hos Lyran. peritissimus in lingua Hebraica: hos multis in locis docet praecipue, cap. ult. Numer. & in cap. 10. Judicum. Dixi in conclusione apud nos Catholicos: nam nunc perdidit Judaei ipsum Textum Hebraicum multis perveritatibus, erroribus, ac falsitatibus, pro sua nequitia, ac malitia corruerunt.

Anie probationem Conclusionis suppono id, quod mihi est plus quam certissimum.

D. Thom.

Burgens. Eugubinus. Driedo. Viega. Sixt. Senen. Cajetan. Rua. Joseph. à Costa.

Despiers.

Lyran.

quòd sacri Apostoli, ac Evangelistae, discipulique Domini Jesu-Christi, ac Discipuli Apostolorum; multique alii viri sanctissimi, qui ex Jerusalem seu Judaea ad varias orbis partes venerunt, & Codices Hebraicos sacrae Scripturae secum asportaverunt, qui pro tunc erant incorrupti, & authentici, ex quibus multi conservantur, & retinentur in Vaticano per tot mille annos, ac in aliis Bibliothecis, & quamquam perfidia Judaica, ut inquit citati Auctores, invidia, & malevolentia stimulat ac conata sit tantum bonum divinae Scripturae nobis eripere; ipsamque fontem sermonum Dei veneno suae perveritatis inficere, nunquam tamen potuerunt, nam semper in Ecclesia Dei fuerunt viri sancti, ac doctissimi, quorum opera, ac studio Codices Hebraici sunt custoditi, ac conservati, ex quibus tuto, ac firmiter potest Catholicus Doctor sacros, & veros sensus elicere, & Christianae Ecclesiae dogmata confirmare, Judaeique ipsos de sua falsitate redarguere, ac devincere, Ecclesiaeque Catholicae judicium, ac sententiam defendere.

Imò ut bene notat Ludovicus de Tena citatus, divina Providentia est factum, ut ex illo horrendo exilio Jerolomitano, quod accidit anno 72. multi Judaei, qui captivi ducti sunt, vel fugerunt in aliquas partes, vel in ipsa Judaea permanserunt, secum asportarunt, vel tenuerunt ipsos codices Hebraicos, qui tunc erant incorrupti, utpote tot saecula ante D. Hieronimum, tum ut Christi vaticinia non viderentur à nobis composita, sed in manibus inimicorum habita; tum ut etiam ipsi Judaei secum asportarent testimonia suae perfidiae, nequitiae, ac malitiae, cum tam apertis, & evidentibus vaticiniis nollent Christum recipere, recognoscere, ac adorare, ut verum Messiam, ac Filium Dei.

Probat, Primò nostra Resolutio Textus Hebraicus olim, hoc est tempore D. Hieronymi erat incorruptus, & authenticus, ut patet ex supra dictis in hac quaestione; ergo etiam nunc est authenticus. Consequentia patet ex his, quae diximus de libris Canon. quia scriptura aliqua, quae olim fuit authentica, semper manet authentica, nec Ecclesia potest reprobare id, quod aliquando approbavit, hoc enim esset Ecclesiam Ecclesiae contrariare, & evertere illam scripturam, tanquam in fidelem judicare, quae jam erat approbata; ergo si tempore Hieronymi Textus Hebraicus erat authenticus, & in Vaticano, & aliis Bibliothecis dantur Textus Hebraici à tempore D. Hieronymi, imò & antiquiores; ergo habendi sunt authentici.

Respondent adversarii, quòd Textus Hebraicus olim fuit purus, & sincerus nunc autem Judaeorum malitia est corruptus, & depravatus; hoc praevideus Augustinus lib. 15. de Civis Dei, cap. 13. ait: Nullus prudens debet credere Judaeos tam longe lateque dispersos convenisse, & conspirasse in sacrorum voluminum corruptione. Deinde nos fatemur, quòd perfidia, malitia, ac nequitia Judaeorum multi sacri Codices sunt corrupti, ac depravati; sed loquimur de illis codicibus, ac textibus, qui semper fuerunt custoditi ac conservati à sanctis Patribus, ac Romanis Pontificibus, eorumque

461. Tena.

462.

463.

D. August.

Utilitas Titus Hebraica.

Quamvis lectio nostrae vulgatae semper sit omnibus praefenda, tamen ut optime notat Bonfrer. c. 12. Prolog. sect. 3. Textus Hebraicus magnae utilitatis, est, sive ad emendanda, quae in latinam versionem Typographorum incuria irrepleverint corrigenda, sive ad vocem sententiamque in Latino Codice, Graecoque ambiguum enodandam; sive ad singulorum verborum, toriusque sententiae vim melius percipiendam; sive ad literales sensus eruendos, qui sub eisdem apicibus Hebraeis, ob linguam fecunditatem, latere possunt; quos una sua versione latinum Graecumve idioma exprimeri non potest, sive ad novos aliquos sensus mysteriaque arcana detegenda, atque ut ipso puro fronte scripturae Judaei, ac haeretici confundantur, & convincantur.

QUESTIO III.

Referuntur Versiones ex Textu Hebraeo in Graecum.

SUMMARIUM.

- 470 Multa translationes referuntur.
471 Translatio Aquila & quisnam ille fuit.
472 Translatio facta à Symmacho, & quis ille fuerit.
473 Editio Theodotionis, & quis ille fuit.
474 Differentia inter tres istas editiones.
475 Quare in his non servatur ordo temporum.
476 Altera editio Hierichuntina in dolis inventa.
477 Nicopolitana editio sub Alexandro Mamea.
478 Olim libri servabantur in vasis fictilibus.
479 Altera editio Origeniana ab Origene.
480 Altera editio à Luciano Martyre.
481 Altera editio edita Ab Hesichio, & quis esset.
482 Excepta editione Septuaginta, solum de aliis extant fragmenta.

Post Septuaginta editionem ex Textu Hebraeo in Graecum, D. Athanasius in synopsi septem affirmat. Aliqui ut Baron. citand. novem Bellarm. lib. 2. de Verbo Dei, cap. 3. Undecim proponit, & cap. 10. unam adjecit; & tandem aliqui tredecim. Et omissa illa, quae dicitur facta ex mandato Alexandri Magni, quam licet admittant Genebrardus in Chronolog. & Bellarm. lib. 2. de Verbo Dei, cap. 5. eam ut confictam, ac fictitiam dicit; & probat Baron. ann. 231. num. 11. Prima, & omnium celeberrima est Septuaginta, de qua dixi quest. 1. Alias vero versiones, seu editiones quae sunt celeberriores, breviter appono.

Aquila.

Secunda editio, quae ab antiquis dicta est teste Epiphano lib. de Ponderibus, facta est ab Aquila, qui natus est in Ube Ponti, qui cum esset Genilis, videns, quòd discipuli discipulorum Apostoli multa miracula, ac mirabilia edere

Arias. rumque exemplaribus: de quo ait Arias Montan. in Biblia Reg. Praefat. in Pentat. In illo thesauro quem Masoreth appellant tanquam in sacra, & fida quadam custodia summa diligentia, & maximo studio custodita, antiqua lectio, reliquia monumenta, indicia, vestigia, exempla omnia continentur.

464. Secundo probatur nostra sententia. In Ecclesia usque in hodiernum diem conservantur vetustissima Hebraeorum volumina, in quibus significativa verba cohaerent, & sunt uniformia cum nostra vulgata quoad sensum ut videtur denotare citatus Arias Montanus linguam peritissimus. Deinde testimonia, quae apud Patres reperiuntur scripta, ita habentur in hoc Codice Hebraico.

465. Dices. Frequenter Patres conqueruntur, ut Origenes, Eusebius, Divus Athanasius lib. Advers. Judaeos, D. Chrysostomus Ad Philip. cap. 3. homil. 11. quòd Judaei sacrum Textum multis falsitatibus, ac erroribus corrumpunt: quod aperte fatemur; nam sicut ad Judaeos omnia sunt falsa, depravata, ac iniqua, sic & Codices apud eos omni nequitia abundant: sicut etiam haeretici faciunt, qui non solum sacrum Textum, sed etiam sanctos Patres detrahentes, quae faciunt contra suos errores, & alia in eorum favorem supponunt: Et de illis haeticis loquitur D. Chrysostom. citatus, ut legenti patebit. Tamen semper sumptima Dei providentia, in Ecclesia sua Deus conservavit, custodivit, ac retinuit vetustissima exemplaria tam Textus Hebraici, quam Patrum in sua puritate, ac sinceritate, ad augmentum Christianae puritatis, & destructionem oppositae iniquitatis.

466. Ad primum argumentum contrariorum respondemus nostram vulgatam esse omnino conformem cum Textu Hebraico; hinc ait Bellarm. lib. 2. de Verbo Dei, cap. 3. Quod vulgata editio sit ex Hebraeo translata, ipsa quodammodo clamat, dum penè ubique concordat cum Hebraeo, & idem penè habet Bañez 1. p. quest. 1. Ad confirmationem dicimus, quòd licet in libris describendis saepe multi errores contingant, tamen alta Dei providentia, multo studio, multa vigilantia adhibita, semper in sua puritate, ac sinceritate conservati sunt, & habitii in Ecclesia.

467. Instat adversarii, quia Textus Hebraicus in multis videtur corruptus, quia habet verba, quae in sua significatione multum distant à nostra vulgata; nam ubi nos habemus in nostra vulgata, Gen. 6. num. 5. Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. Valdè diversimodo legunt ex Hebraeo Arias, Oleaster: Non contendet, non litigabit. Cajetanus; Non judicabit, Vatabl. Non disceptabit, Pagnin. Non erit in vagina. Atqui haec verba in suo sensu maxime distant à nostra vulgata, quae pura, & sincera est; ergo ille Textus Hebraicus corruptus, & impurus.

468. Respondetur, quòd omnia optime cohaerent cum nostra vulgata, & eundem faciunt sensum. Non permanebit spiritus meus in homine, idem est non litigabit, non contendet, non judicabit amplius spiritus meus ad inferendam, ac retinendam penam, sed eam infligam educens gladium meum de vagina, & interficiet eos manus mea; quia caro est, quae corruerat omnem viam suam.

Arias.

464.

Arias.

465. Origenes. Eusebius. D. Arhan. D. Chryf.

D. Chryf.

466.

Bellarm.

Bañes.

467.

Gen. 6.

Arias. Oleaster. Cajetanus. Vatabl. Pagnin.

468.

ederent Jerosolyma baptizatus est, & in Christum credidit; sed cum Astrologiae judiciaria nimis deditus esset & ob id a sanctis Patribus increparus, noluit desistere, sed potius contumeliosis verbis in eos inforrexit, & ad Judaeos se contulit, & inde circumciditur, & anno Adriani Imperii 15. a nativitate Christi 137. Bibliam ex Hebraeo in Graecum convertit, sed quia jam tunc a Christo erat Apostata, non satis bona fide, sed malo animo, ac multa depravitate eam convertit.

Symmachus.

- 471. Tertia editio facta est a Symmacho natione Samaritano, & de numero sapientum Samaritae, qui cum ambitum apud suos principatum obtinere non posset, indignatus ad Judaeos transit, ut notat D. Epiphanius lib. de Ponderibus, atque inter eos Profelytus factus, iterum secunda circumfione circumcisus, sed cum tunc apud Judaeos ingloriosus viveret, Christianis se adjunxit. Tandem Ebionitarum haeresim amplexus est, & tunc severi Imperatoris anno a nativitate Christi 203. sacros Codices, ut Samaritanos subverteret, ex Hebraeo venit in Graecum, & ut Judaeis placeret, ea quae ad Christum pertinebant subdola interpretatione celavit, ut testatur D. Hieronymus Praefat. in Job. Idemque affirmat de Aquilae, & Theodotionis translationibus. Sciendum tamen est Aquilam: & Symmachum duas ex Hebraeo fecisse translationes, unum quemqu suam ut patet ex dictis, & notat D. Hieronymus. in cap. 5. 8. 16. 20. & 40. Ezechielis, & ad cap. 2. Jeremiae, & aliis locis.

Theodotion.

- 473. Quarta editio fuit Theodotionis, ex Epheso, qui est ex haeretico Marcionista ad Judaeos transit, Judaeorumque Profelytus factus sit, majori tamen fide, ac veritate, D. Epiphanius teste lib. de Ponderibus, & mensur. quam ceteri ejus similes, sacros Codices est interpretatus; & ideo D. Hieronymus. Praefat. in Daniel, ait ejus translationem in eundem Prophetam ab Ecclesia olim potius usitatum: quam eam, quae Septuaginta dicebatur; & Praefat. in Psalteri. ait: Theodotio simplicitate sermonis, a Septuaginta Interpretibus non discordat; fuit autem haec translatio facta ab eo sub Commodi Imperatore: anno a Christo nato 283.
- 474. Inter has tres versiones notandum est hanc esse inter illas differentiam, quod Aquila verbum a verbo expressest, Symmachus sensum e sensu, Theodotion media quadam via inter utrumque incedit, partim sensum, partim verba sequitur, ut notat D. Hieronymus. Epistol. 125. ad Damasc. & Praefat. in quatuor Evangel. ait: Inter novos, & veteres medius incedit Theodotion.
- 475. Dices versionem Symmachi debere esse quartam, Theodotionis tertiam, si quidem iste vertit tempore Commodi, & Symmachus Severi, qui post Commodum imperavit, ut patet ex proximè praenotatis temporibus. Responderetur; quod licet versio Theodotionis prior sit confecta, tamen Symmachus

prùs in lucem dedit suam, ac proinde, cum haec versio Symmachi, prius evulgata sit ut pater ex Praefatione Latina Romana Septuaginta, & ideo ipsa prius in numero ponitur. Vel dic quoddam Auctores sequuntur ordinem versionum, quem Origenes constituit in suis hexaplis, non attenda temporis ratione, & ideo versio Symmachi prius est posita, quam Theodotionis, non attenda temporum ratione.

Hierichuntina.

Quinta editio dicitur hierichuntina, quia hierichunte in dolis quibusdam inventa dicitur anno septimo Antonini Caracallae Imperatoris anno Christi 219. ut est apud D. Epiphanius de ponderibus, & mensuris, D. Athanasius lib. Advers. Judaeos. Pithis inventum fuisse vult, sed hierichunte confectam.

Nicopolitana.

Sexta editio ex Hebraeo in Graecum dicitur Nicopolitana sub Alexandro Mamea in dolis inventa est Nicopoli anno 230. cum autem Nicopolis sit duplex hic de ea intelligitur, quae ad Aetium mare est; Tamen utriusque versionis tam quintae, quam sextae incerti sunt Auctores, ut testatur D. Augustinus. lib. 18. de Civitate, cap. 43. Dixi sine nomine interpretis dictas, quia eorum auctoritas non apparet, D. vero Hieron. in fin. lib. 2. Apologiae, Judaeos vocat Auctores.

Ex eo quod haec editiones hierichuntina, & Nicopolitana inventae fuerunt in dolis, forte colligere possumus, quod antiquus fuerit usus servandi libros in dolis, quod non solum confirmat id quod vulgè dicitur de armario senticano, vulgo Archivio, sed etiam ex cap. 31. Isaiæ, num. 14. & Jeremiae 32. n. 14. Ubi libri in vase fictili poni jubentur, ut ibi, permanere possint diebus multis.

Origeniana.

Septima editio Graeca fuit Origenis, & inde dicitur Origeniana, non quia de novo scripturam in Graecum transtulerit, sed quia versionem Septuaginta ita correxit, & emendavit (quibusdam additis, quae in Septuaginta non erant, & inveniebantur in Hebraeo, aliis etiam e contra notatis, quae licet in Septuaginta essent, in Hebraeo non reperiebantur) ut tanquam nova editio haberetur, & prodiret circa annum 223. plus minusve. Ut autem lector facile deprehenderet, quae in illa versione, vel superfluerunt, vel de novo addita essent, apposuit notas, quas appellavit Obelos, & Asteriscos Obelus erat veluti lancea, vel jacens virga pyramidalis, & denotabat talem sententiam non esse in Hebraeo. Ubi autem erat Asteriscus, id est radians stella, denotabatur, id esse in versione Septuaginta, cum tamen esset in Hebraeo, & additum fuisset ex versione Theodotionis, de quo agit D. Hieron. Epistol. 129. & 104. Baronius ad annum 231. n. 5. Defendit Origenem a calumnia Galesinii, qui dixit Origenem non tam correxisse, quam corrupisse Septuaginta interpretum translationem.

Luciana

Luciana.

- 480. Octava translatio in Graecum est S. Luciani Martyris, & Presbyteri Antiocheni, qui in persecutione Diocletiani ad annum 285. gloriose passus est; is enim cum videret multas editiones in Graecum jam prodidisse, in quibus multa vitia deprehenderat, novam ex Hebraeo originali translationem fecit; & quia eam ob tyrannorum persecutionem evulgare in publicum non poterat, illam manu propria conscriptam in pariete cujusdam turris caelae illi Nicomediae absconditam reliquit. In quo loco tempore Constantini Magni ad annum 310. repertam esse refert D. Athanasius in Synopsi. Cum autem haec translatio maxime cohaeret cum editione Septuaginta à quibusdam appellata fuit Septuaginta, ab aliis vero Luciana; apud Graecos fuit communis, & tanquam vulgata appellata, de quo agit D. Hieron. epistol. 135. ad Sanniam, & latius Rua controvers. 2. post. dub. 4.

Hesichina.

- 481. Nona editio est Hesichii Episcopi Aegyptii, ut multi astruunt, tempore autem Diocletiani martyrio coronatus est; alii tamen hanc versionem Hesichio Jerosolymitano Presbytero tribuunt; alii Hesichium Monachum volunt Auctorem, & in Palaestina multorum Monachorum Patrem, in lingua Graeca versatissimum, & peritissimum in sacrarum literarum intelligentia. Hic ut Auctor est Syxtus Senensis lib. 4. Biblioth. novam translationem totius Scripturae confecit, partim à se de Septuaginta Interpretibus emendatam in veteri Testamento, partim etiam ex proprio studio, ac industria in Testamento novo ad antiquam fidem & sinceritatem restitutam. De Luciani, & Hesichii translationibus loquens D. Hieron. jam supra datus epistol. 107. ad Chromanium, quae est praefat. ad libros Paralip. ait: Alexandria, & Aegyptus in Septuaginta suis Hesichium laudat Auctorem: Constantinopolim usque ad Antiochiam, Luciani Martyris exempla probat. Claruit hic Hesichius anno 360.
- 482. Maximè tamen notandum, quod in praesenti ex translationibus supradictis, excepta ea, quae est ex Septuaginta Interpretum, nunc solum extant fragmenta quaedam, quae in Bibliis Graecis jussu Sixti V. juxta versionem Septuaginta editis anno 1587. post singula capita reperuntur, & saepe in veterum Patrum scriptis laudantur.

D. Athan.

D. Hieron. Rua.

Senensis.

D. Hieron.

Sixtus.

QUAESTIO IV.

Quae fides, & auctoritas supradictis translationibus, ac editionibus adhibenda sit?

SUMMARIUM.

483. Tribus prioribus translationibus ad fidei mysteria nulla est fides danda, in aliis possunt inseruire, & num. 484. 485. Sylveira Opuscula.

- 486. Duae sequentes Catholicos habent Auctores, & a Sanctis Patribus approbantur.
- 487. Septima, octava, & nona potius sunt emendationes, quam versiones.

De primis tribus.

Quantum ad versiones Aquilae, Theodotionis, & Symmachi, quae in illis reperuntur, prout spectant ad Christum Dominum, ac fidei mysteria, nulla fides est eis danda, quia ut advertit D. Hieron. Praefatione in Job. Interpretari sunt odio in Christianam Religionem, multa in suis translationibus corruerunt, ac perversa, & dolosa iniquitate celarunt.

In aliis vero inveniunt Origenes, & D. Hieronymus. Nam hic Sanctus Doctor in Ezechiel. 5. 8. 16. 20. de illis, saepe usus est in suis exemplaribus, & Ecclesiae consecravit; ille vero, Origenes, nempe, fatetur, quod ex illis verum sensum Scripturae, ac Prophetarum deprehendit in multis; & semper citati Patres dicunt, quod editio Theodotionis aliis est praefenda, ex qua multa in Septuaginta interpretibus emendata sunt, ubi mutila erant; valde tamen utiles sunt hujusmodi versiones à tempore tam antiquissimo ad cognoscendum verum sensum Scripturae ex ipso Textu Hebraeo, quem Judaei, ac Haeretici multis malignis pervertitibus corrumpere intendunt.

De Hierichuntina, & Nicopolitana.

Has duas editiones, de quibus superiori quaestione egi, Catholicos Auctores inde habuisse ostenditur, quia eas vidimus à Sanctis Patribus recipi, & approbari ut bonas, ac veras, ut testatur D. Hieron. datus supra num. 581. & inde à nobis retinendae, ac habendae sunt, tanquam suam auctoritatem habentes, cum illam habeant apud sanctos Patres.

De editione septima, octava, & nona.

De quibus superiori quaestione dictum est, sunt Origenis, Luciani, & Hesichii, ut ibi jam diximus, non sunt tam dicendae versiones, quam emendationes translationum Septuaginta Interpretum; omnes tamen esse ab Ecclesia receptas, patet ex Divo Hieronymo Epistol. 107. num. 88. ubi aperte ait, Alexandria, & Aegyptus Hesichii emendationem; Constantinopolim usque ad Antiochiam, Luciani Martyris exempla probasse, & medias inter has Provincias Codices ab Origene emendatos legisse, ac approbatos haberi.

QUAESTIO V.

De Samaritana Lectione.

SUMMARIUM.

468. Samaritani unde dicti, eorum character antiquus, & distinctus ab eo, quo Judaei utebantur, & num. 489.

G 489 Cha